# LES 17

HET VERBUM ESSE

## A. GRAMMATICA

| Praesens | Imperfectum | Futurum |
|---|---|---|
| sum | eram | ero |
| es | eras | eris |
| est | erat | erit |
| sumus | eramus | erimus |
| estis | eratis | eritis |
| sunt | erant | erunt |

| Perfectum | Plusq. Perfectum | Fut. exactum |
|---|---|---|
| fui | fuĕram | fuĕro |
| fuisti | fuĕras | fuĕris |
| fuit | fuĕrat | fuĕrit |
| fuĭmus | fuerāmus | fuerĭmus |
| fuistis | fuerātis | fuerĭtis |
| fuērunt | fuĕrant | fuĕrint |

| | |
|---|---|
| **Infinitivus praesentis** | esse |
| **Infinitivus perfecti** | fuisse |
| **Infinitivus futuri** | futurus esse / fore |
| **Participium praesentis** | – |
| **Participium perfecti** | – |
| **Participium futuri** | futurus |
| **Imperativus** | es, este, esto, estōte, sunto |

### Opmerking:

De praesensstam van het verbum **esse** is **es**, de perfectumstam is **fu**.

## B. VOCABULARIUM

| | |
|---|---|
| abesse (ab) | afwezig zijn (van), afliggen (van) |
| adesse c. dat. | 1 er bij, aanwezig zijn<br>2 bijstaan |
| civitas, atis | 1 burgerij, staat<br>2 burgerrecht |
| deësse c. dat. | 1 niet er bij, afwezig zijn<br>2 niet bijstaan, in de steek laten |
| egregius | uitstekend |
| exemplum | voorbeeld, toonbeeld |
| fatum | 1 godsspraak 2 lot |
| ingens, entis | geweldig |
| interesse c. dat. | aanwezig zijn bij, bijwonen |
| interesse inter | zijn, liggen tussen |
| interest inter | er is verschil |
| c. acc. | tussen |
| iucundus | aangenaam |
| matrimonium | huwelijk |
| obesse c. dat. | nadelig zijn voor, hinderen |
| pauci | weinige(n), enkele (n) |
| praeësse c. dat. | aan het hoofd staan van |
| probare | goedkeuren, aannemelijk maken |
| prodesse c. dat. | voordelig, van nut zijn voor |
| profligare | verslaan |
| responsum | antwoord |
| superesse | 1 over zijn<br>2 overvloedig zijn |
| ver, veris, n. | lente |

## C. OEFENING

1. Cur non in ludo fuistis, pueri?
2. Cur in magno periculo parvo et tenero puero non adfuisti?
3. Homines hominibus et prosunt et obsunt.
4. Vera amicitia nunquam obest.
5. Si[1] legibus oboedietis, civitati proderitis.
6. Responsa oraculi celebris magno in honore erant.
7. Athenae oppidum magnum et clarum fuit.

---

1. si - als.

8. Imagines liberorum absentium matri iucundae erant.
9. Viri sapientes civitati honori sunt.
10. Virtutis iter asperum est.
11. Cras ad portam ades, amice!
12. Consul pugnae equestri non adfuit: in itinere erat.
13. Ver adest; tenera fronde arbores ornantur; multis coloribus flores homines delectant.
14. Cur ex urbe afuisti, Marce?
15. Felici et diviti homini amici non deerunt.
16. Non studium, sed boni libri et magistri puero desunt.
17. Ex proelio parvae copiae superfuerunt.
18. Ennius, poeta clarus Romanorum, magna cum superbia dixit[2]: “Sumus Romani, ante[3] Rudini[4] fuimus.”
19. Quamdiu[5] Epaminondas civitati Thebanorum praefuit, Thebae caput Graeciae fuerunt.
20. Senes saepe non laudant praesentia tempora, sed vituperant.
21. Postquam[6] Troia a Graecis expugnata est, Aeneas dixit: “Fuimus Troiani, fuit Ilium[7], et ingens gloria populi Priami.” Cum paucis Troianis ex patria (e)migrat; in Siciliam, postea in Italiam venit et castra collocat. Latii, finitimae[8] terrae, bonus Latinus rex erat. Lavinia, Latini filia, a Turno amabatur, sed oraculum matrimonium non probaverat. Verba dei fuerant: “Vir veniet, cui[9] Laviniam in matrimonium dare debes. Populus novus in terra Latini habitabit”. Latinus verbis deorum oboedit et filiam Aeneae uxorem dat. Turnus ira incitatus bellum gerere[10] properavit. Aeneas a Graecis, qui[11] in Italia

---

2. dixit - hij heeft gezegd, hij zei.
3. ante - adv. vroeger*; praep. c. acc. voor.
4. Rudinus, inwoner van Rudiae, een niet met zekerheid gelocaliseerd stadje in Zuid-Italië, op de grens van Apulië en Calabrië, geboorteplaats van Ennius.
5. quamdiu - zo lang als.
6. postquam - nadat.
7. Ilium, andere naam voor Troje.
8. finitimus - aangrenzend.
9. cui - aan wie (pron. relat.)
10. bellum gerere - oorlog voeren.
11. qui - die (pron. relat.).

habitabant, auxilium rogavit. Bellum diuturnum[12] fuit et multa fuerunt egregia exempla virtutis. Tandem[13] Turnus Aeneam ad pugnam evocavit[14]. Loco commodo[15] ad portas oppidi pugnaverunt. Non longa fuit pugna, quod[16] Venus, mater Aeneae, filio egregia arma donaverat. Turno autem[17] dei non adfuerunt: fatis vetitum[18] erat Turnum adiuvare. Aeneas Turnum profligavit et urbem condidit[19], quam[20] Lavinium vocavit.

12. diuturnus - langdurig.
13. tandem - eindelijk.
14. evocare - uitdagen.
15. commodus - passend, geschikt.
16. quod - omdat* (conjunctie); dat (pron. relat.)
17. autem - echter.
18. vetitus - verboden.
19. condidit - hij heeft gesticht, hij stichtte.
20. quam - die (pron. relat.)